

Raffaela Tortorelli

**Contributo al Codice Diplomatico dell'Abbazia di San Giovanni in Fiore (1211-1502)**

Parte II

**Documenti pontifici. Edizione**

I

Grottaferrata, agosto 31, 1211

Innocenzo III interviene nella disputa per la giurisdizione sulla chiesa di Calabro-Maria tra l'abate di San Giovanni in Fiore e l'ordine dei Curacensi. Sentiti i messi di entrambe le parti, le accuse e le ragioni addotte, Innocenzo III assolve l'abate florense e pone fine alla disputa. La questione era sorta fin dai tempi di Gioacchino circa il diritto di visita al monastero di Calabro-Maria di Altilia contestato dai Cistercensi di Corazzo.

Orig., MT, B. P., Fondo Venusio, vol. II, Fasc. 5, n. 3, cc. 36-38v\*.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati, et conventui de Flore. Salutem et Apostolicam benedictionem. Inter vos, et Monachos curacenses super Ecclesia Calabromariae, quam ipsi cum pertinentiis suis ad suum Monasterium de iure spectare dicebant, et a vobis minus licito detineri. Diu est quaestio agitata. Sed tandem venerabilibus fratribus nostris. Squillacensis, et Marturanensis Episcopis, et Dilecto filio abbati Sambucinae de consensu partium a nobis sub hac forma commissa, ut partibus convocatis audirent hinc inde proposita, et usque ad calculum diffinitivem sententiae appellatione postposita precedentes. Si de partium existeret voluntate, causam ipsam fine debito terminarent. Alioquin eamdem sufficienter instructam sub sigillis suis nobis transmittere procurarent, praegigentes partibus terminum competentem, quo se nostro conspectui praesentarent sententiam recepturae. Partibus igitur in ipsorum praesentia constitutis. Proposuerunt Curacenses monachi coram [...], quod cum ipsi pro notitia mutua, et caritate fraterna, quam cum Abbat, et Monachis Calabromariae habuerant, eidem Abbati; et Monachis penuria laborantibus opportuna frequenter subsidia ministrassent. Demum eodem Abbat defunto, yconomus eiusdem et Monachi tum quia eorum monasterium collapsum erat in rebus temporalibus, tum quia ob paucitatem eorum illud per ipsos regi non poterat opportune, dictum Monasterium quantum eisdem licuit optulerunt Cellario Curiacensi, recipientes ab ipsis postmodum per eorum yconomum tam indumenta, calceamenta, corrigias, quam etiam alia necessaria praeter victum qui suppeditabat eisdem Monachis competenter. Sed quia id sibi absque Regis consensu, quem affarebant patronum ipsius Ecclesiae, [...] principalem ad vendicandum prorsus ipsam Ecclesiam sufficere non credebant, carissimi in Christo filii nostri. F. Siciliae Regis illustris privilegium per manus Venerabilis fratris nostri. G. de Palearia Regni Siciliae Cancellarii super eadem Ecclesia impetrarunt confirmatione, capitulo S. Severinae, in cuius Diocesi dictum monasterium est constructum per litteras post obtenta. Insuper etiam adicerunt ipsi Monachi Curacenses, quod Metropolitanus eorum videlicet Archiepiscopus S. Severinae secundo die post consacrationem suam, et factum praefati Capituli et dictum eisdem [...] confirmavit. Ipsi ex inde privilegio assignato, et cum haec omnia per testes ab eis sufficienter probata. Super proprietate Ecclesiae memorare proponebant suam hiis plenius intentionem esse fundatam. Praeter haec autem Curacenses ipsi adversus vos etiam intentarunt, quod cum vobis in hiis omnibus suum consilium propalarent, et vos super narratis, fraternum eisdem auxilium, et consilium promiseritis impensuros vestrae postmodum promissionis obliti, ad

Nobilem Virum Petrum Guiscardi, qui erat illius terrae Dominus accedentes. Monasterium illud ab eo concedi vobis cum instantia postulastis. Sed cum idem id vobis [...] primitus interventu coniugis suae tandem annuit benevole votis vestris. Eo itaque sic obtento, iam dictae S. Severinae Canonicos pro ipsa Ecclesia vobis conferenda precibus propulsastis. Super quo licet emissae praces pro eo quod delectus eorum erat apud Sedem Apostolicam constitutus a principio frustarentur, comminationibus tamen eiusdem Nobilis de propriis eis auferendis uxoribus, cum sint greci sibi acriter intentatis, ipsam vobis Ecclesiam idem postremum confirmaverint inviti. Post haec vero praenominato electo a sede Apostolica redeunti extra sedem propria occurristis praedictam ab eo Ecclesiam petituri, sed cum repulsam pateretur vestra petitio in hac parte, pro eo quod idem Electus nondum sedem propriam visitaret, per impressionem tandem, et violentiam nobilis memorati, praedictam vobis Ecclesiam compulsa est confirmare. Ad haec autem vos in nostra praesentia respondistis e contra, quod licet Ecclesia ipsa per yconom[...] et Monachos supra dictos concessa fuisse Ministerio Curacensi, prout ipsius Monachi astruebant. Concessionem talem hiis rationibus dicebatis paenitus non tenere, tum quia per illos eadem facta fuerat, qui perso non extiterant principales. Ecclesia tunc vacante, tum etiam quoniam longe ante per Karulum quandam dicti loci Calabromariae Abbatem de consensu et voluntate suorum fratrum tempore bonae memoriae Ioachim primi Abbatis vestri dicta Ecclesia vobis concessa fuerat et post ipsius Karuli obitum per eiusdem Monachos ipsius concessio extiterat pluries innovata, processu temporis primo quidem capituli, et secundo electi confirmationibus accendentibus non per impressionem, vel violentiam nobilis antidicti, sed potius mera eorum, et libera voluntate, assignando nihil omninus rationes quod privilegium antedictum curacensibus non suffragaretur in aliquo, quia praedicta concessio, quae facta fuerat minus iuste, per illud non intelligitur ratinabiliter confirmata, maxime cum notam expressa contineat falsitatis, cum legatur in ipso quod Panormi per manus iam dicti cancellari eo tempore datum fuerit, quo idem utique non Panormi, sed a sibi longe a Panormo manebat, et Rex eius auctoritate fieri videbatur, tunc temporis non custodiretur ab ipso, sed a Guillelmo Capparensi temere teneretur, qui etiam verum sigillum detinebat ipsius. Ad excusandum nempe privilegium supradictum praemissis pars Monachorum Curacensium replicando respondit, quod cum dictus cancellarius a clarae memoriae C. imperatrice ordinarius totius Regni, et Regis administrator extiterit constitutus id potuit facere ipsius Regis auctoritate licenter, ut pote, qui vices gerebat Regis in hac parte. Insuper etiam Curacenses Monachi addiderunt, quod et si dictum privilegium per manus Cancellarii ob praemissa obtainere non posset robur debitae firmitatis, censeri debebat validum pro eo quod dictus Rex illud ex certa scientia postmodum confirmavit cum rati habitio r[...]trahatur, et mandato comparetur iuxta legitimas sanctiones nihil ominus proponentes quod et si neutrorum privilegiorum deberet legitimum iudicari, ultimum eis debebat sufficere quod idem Rex postquam uxorem traduxit super eadem Ecclesia concessit Monasterio Curacensi. Caeterum pars vestra ex adverso respondet, quod si confirmationem aliquam obtainuerunt de privilegio supradicto Monachi Curacenses, ipsa nullius erat roboris, vel vigeris, quia cum ipsum privilegium a principio irritum extisset, rata esse non poterat obtenta taliter confirmatio super eo, assignantes talem de privilegio ultimo rationem, quod de ipso non emolumentum, sed paenam deberent ipsi Monachi potius reportare, quia cum iam quaestio ipsius Ecclesia ad nostrum fuerit examen deducta, petierunt sibi rem litigiosam per potestatem saecularem concedi, seu etiam confirmari. Contra confirmationem autem, seu concessionem Archiepiscopi allegastis, quod rem a vobis possessam, et ab eodem etiam confirmatam ipse illis concedere vel confirmare non debuit, maxime postquam in item deducta extitit, et ad censuram examinis nostri perlata. Unde concessio vel confirmatio huius (ce) modi nullius debebat censeri valoris, propter quae super Ecclesia supra dicta silentium imponi Curacensibus Monachis, et ab ipsorum impetitione absolvi paenitus petebatis. Cum vero dicti iudices super causae meritis adinvincem discordarent, et partes causam ipsam nostro potiusquam eorum optarent iudicio terminari, tam ipsam causam, quam partes cum rationibus quae pertinebant ad eam iuxta mandati nostri tenorem ad nostram praesentiam remiserunt. Demum itaque dilectis filiis Nicolao Curacensi, et Hugone Priore S. Geogii, et Ioseph vestris Monachis nostro conspectui praesentatis, et quae acta fuerant coram iudicibus supradictis, et alias rationes nobis exponere procurantibus. Nos illis diligenter auditis, et perspicaciter intellectis vos ab impetitione Curacensium super eadem Ecclesia per definitivam sententiam prorsus absolvimus, eisdem super

ipsa perpetuum silentium imponentes praesertim cum illis regulam, et institutionem Cisterciensis ordinis ab ipsa Monasterii fundatione professis absque superioris dispensatione licitum non axtiterit ad obtinendum sic Ecclesia laborare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae diffinitionis infringere, vel ei ausu temerario contrahire. Si quis autem hoc atteptave[...] praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit in corsurum. Datum apud Criptam ferratam II Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno XIV.

Vi è la bolla di piombo pendente.

## II

Roma, Laterano, febbraio 15, 1214

Innocenzo III concede il proprio assenso alle richieste avanzate dall'abate di San Giovanni in Fiore a spostare la residenza in un luogo più idoneo, considerando che il posto in cui sorge il monastero è freddo e inospitale.

Orig.: MT, B.P., Fondo Venusio, vol. II, Fasc. 10, n. 30, c. 42-43r

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei; dilectis filiis. Abbatи et Conventui Flore salutem, et Apostolicam benedictionem Monasticae Professionis ordini ubi ad debellandas aereas potestares ordinate, Militantium acies, et officia dispount Locis congruis ut bene dispositas et habilis aptitudo. Et habilis scandalos, et ad murmura provocet, sic que quod absit fiat hoc eis in Laqueum, et ruinam. Cum igitur sicut referentibus vobis, accepimus Locus, in quo est vestrum Monasterium constitutum, usque ad eo frigoribus sit expositus, et hesemali frigiditati subiectus, quod Domino famulantes ibidem eius asperitatem, atque duritiam Religiosis valde contrariam non prevalent equanimiter substinere. Desiderastis ab olim, et cum filiis Profetarum ab Heliseo cum Infrantia postulastis, ut quia Locus in quo abbitatis est angustus, et asper, liceat vobis descendere Calabriam, ubi possitis in Possessionibus vestris locum ad Habitandum auctoritate nostra vobis construere aptiorem, primario vobis lapide de assueta clementia sedis Apostolicae assignato, nihil ominus omni iure, ac libertatibus ab Apostolica sede, vel aliunde vobis, et per vos secundo Caenobio misericorditer conservatis. Nos igitur vestris praecibus benignus annuentes, auctoritate praesentium devotioni vestrae clementer concedimus postulata. Iudenique fili Abbas super te ipso, et credito tibi grege taliter vigilare procures, extirpando vitia, et plantando virtutes, ut in novissimo districti esaminis die coram tremendo Iudice, qui reddet unicuique secundum opera sua, dignam possis reddere rationem. Datum Laterani.XV Kalendas Martii Pontificatus nostri anno Septimodecimo.

## III

Roma, Laterano, febbraio 19, 1214

Innocenzo III conferma e modifica con l'inserzione di alcune frasi, una precedente bolla per dirimere la questione tra l'abate di San Giovanni in Fiore e quello di Acquaviva. Questa bolla è diretta al monastero di Fonte Laureato.

Orig.: MT, B.P., Fondo Venusio, vol. III, Fasc. 1, n. 5, cc.36-39v

Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis. Abbatи et Conventui Floris. Salutem, et apostolicam benedictionem. Cum in nomine Iesu Cristi credam.....nvenisse qui ubi duo vel tres in suo nomine congregantur in medio est eorum, ut de quacumque re in idem consenserit fiat illis. Nos qui licet immeriti gerimus vicem eius / votis vestris facile inclinamur. Presertim que de fonte prodeuntia caritatis non relinquunt tramitem rationis. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, salubria instituta que super regularibus observantis visitationibus correctionibus, sedatione murmurum, et decisione causarum, que cum fontis Laureati et Aquevive Abbatis filiabus monasterii vestri, cum consilio venerabilis fratris nostri Archiepiscopi Cusentini, quem vobis visitatorem concessimus edidistis. Sicut provide facta sunt auctoritate

apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem evidentiam rescriptum super hiis editum de verbo ad verbum huic nostra pagin[.] duximus inserendum, cuius tenor est talis. In nomine Sancte et individue trinitatis amen. Anno salutifere incarnationis Domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo non mense Aprilis inductionis, XII. [...]i fundamentum aliud nemo potest ponere preter iam positum dominum Iesum Christum provide quicquid ad Laudem ipsius incipitur: in humilitate fundatur, ut dum ei per super edificationem pie actionis religiosus quis semper innititur, ab edificio caritatis nec superbie vento nec persecutionis in undatione salvatur. Nam qui per sapientiam edocetur fortiora se querere non deberet per monachorum Legislatorem exaltationem omnem genus esse superbie patienter debet in humilis vocationis sue loco descendere, donec in superiori gradu perfectionis adiciat eum qui et invitavit Dominus auctricis et confirmatrixis dono gratie collocare. Inde est quod nos fratrem Mattheus Abbas Floris una cum capitulo nostro ex mandato summi Pontificis ad nostram petitione Dominum Lucam Venerabilem Cusentinum Archiepiscopum visitatorem ad tempus, ab anno scilicet incarnationis dominice Millesimo Ducentesimo sexto usque ad Millesimum Ducentesimum undecimum haberemus et ipse sicut per suas literas excusavit insidianum persone sue manus evitans, nos in Floris Claustro visitare nequit. Licet nostras filias Abbatias Monasterium scilicet fontis Laureati, et Monasterium Aquevive que a Floris sunt Monasterio derivata ipso paternitatis et fundationis iure libere visitare possemus, quia tamen institutiones Domini Abbatis Ioachim patris nostri ad integrum ut pote de tribus Abbatibus de Cellis, et de prioratibus septem non dum servare valeamus, ut visitari et visitare iuxta earundem institutionum ordinem debeamus; interim de consilio venerabilis Archiepiscopi memorati in presentia domini Alexandri venerabilis Abbatis Sancti Spiritus de Panormo quem ipse ad exhibendum nobis visitationis officium sua vice direxerat, consilio quoque consensu ac voluntate communi dilectos filios nostros venerabiles Fontis Laureati et Aquevive Abbates salubri ut visum est dispensatione et amplectenda causa humilitatis simul et utilitatis assumpsimus ad annue visitationis obsequium nobis tandiu exhibendum. Donec benedicente domino aliam visitationis formam iuxta institutiones nostros superius memoratas servare postimus. Nos enim Abbates ipsos et Conventus earum in propriis domibus auctoritate qua plene huc usque valvimus et valemus tanquam pater Abbas visitabimus corrigentes tam in capitibus quam in membris que viderimus corrigenda secundum beati Benedicti regulam et Florensis ordinis instituta que interim simul in generali Capitulo vel ad tempus vel secundum tempus sanxerimus observanda. Ipsi vero iuxta quod presenti dispensatione constituimus usque ad prenotatum tempus ambo nos semel annis singulis visitabunt, similiter tam in capite quam in membris iuxta [...] eandem regulam et eadem instituta que corregenda fuerint corrigentes, nullo prejudicio institutionibus nostris que sicut a prenominati felicis memorie patre nostro dictate su[...] tempore servabuntur, ex huiusmodi visitationis in posterum generato. Si vero questio aliqua vel querela seu murmur emerserit de visitationibus vel que a nobis fient eis et Conventibus domibusque ipsorum vel nobis ab ipsis elegimus communi consilio et consensu tam nostro quam eorundem Abbatum, conventunque suorum septem fratres quos inferius annotamus ad quos tempore Capituli generalis dirimenda questio committetur, et quod omnes pariter vel eorum maior pars super cuiuscumque excessus, difficulti questione rationabiliter cum caritate in dei timore diffinierint, absque contradictione aliqua ab omnibus inviolabiliter observetur. Si autem talis fuerit querela vel scandalum quod usque, ad generale capitulum non valeat vel non debeat tolerari in loco qui competentior visus fuerit et qua[...]do visum fuerit convocentur. Qui quam citius convenire poterunt congregati, diffiniant quod melius eis videbitur decernentes. Quorum iudicio quicunque aquiescere noluerit vel stare contempserit, digne in eodem capitulo puniatur, diffinitores autem quos prediximus, isti erunt. Prior Floris cum duobus aliis fratribus, quos de suis idoneos Abbas Florensis elegerit. Prior fontis Laureati cum altero eiusdem monasterii fratre, quem Abbas proprius convocabit. Prior et alter monachus Aquevive, quem convenire iudicaverit Abbas Loci. Quod quidem a singulis nostrum trium scilicet Abbatum firmiter observentur, ut illa ab unaquaque persona potius eligatur, que discretione, maturitate, et iustitia zelo discernitur. Ut igitur hec nostra constitutio firma et inconcussa permaneat, usque dum alia visitationis forma iuxta institutiones nostras a nobis valeat observari, presens scriptum prefatus dominus Archiepiscopus, ex auctoritate visitationis quam ad tempus nobis impendere tenetur sigillo proprio et testimonio confirmavit, et domino quoque

Alexandro venerabilis Abbe Sancti Spiritus de Panormo sigillum suum et testimonium similiter apponente de visitationis auctoritate sibi ut predictum est a venerabili Archiepiscopo prenotato commisso, tam nos predictus Abbas Floris quam memorati venerabiles fontis Laureati et Aquevive Abbates subscriptionibus et sigillis propriis roboramus, facientes subscriptorum priorum aliquorumque fratrum nostrorum subscriptionibus communiri, firmiter statuentes ut nulli sive Abbatii sive priori aut Decano vel Monacho liceat contra hanc institutionem nostram modo quo libet ire, vel superbe contumaciterque contendere. Quod quicumque presumpserit, si Abbas fuerit per generale Capitulum deponatur, si prior deponatur, et septem diebus continuis sit in pane et aqua. Si quicumque Monacus vel conversus, tribus diebus sit in gravi culpa et ultimus per annum. Hac nostra constitutione firma nihil ominus et stabili permanente, quoisque ut prediximus aliam visitationis formam iuxta institutiones nostras servare possimus, quod de comuni fiat consilio Capituli generalis, ita tamen ut nemo cum fieri poterit contradicat. Acta igitur sunt hec a nobis ad custodiam unitatis, anno, mense et inductione prescriptis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Laterani XI Kalendis Martii. Pontificatus nostri anno septimodecimo.

(V'è la bolla di piombo pendente da fili di seta gialla in una parte della quale vi sono le teste di S. Paolo e S. Pietro con sopra S.P.A. S.P.E., nell'altra: INNOCENTIUS PP. III).

#### IV

Anagni, gennaio 28, 1232

Gregorio IX conferma le donazioni e le esenzioni concesse da Federico II al monastero di San Giovanni in Fiore. L'abate, che da anni si è segnalato per la sua attività, è accolto sotto la speciale protezione della Santa Sede. Seguono le indicazioni dei luoghi su cui è confermata la giurisdizione e quanto è concesso riguardo agli stessi. Il pontefice conferma al monastero tutti i beni, i diritti e i privilegi che erano stati riconosciuti da Federico II, riportando integralmente tre diplomi dello stesso imperatore.<sup>1</sup>

Orig.: MT, B.P., Fondo Venusio, vol. II, Fasc.2, n. 1, cc. 96-104v

Gregorius Episcopus servus servorum Dei: Dilectis filiis Abbatii, et Conventui Monasterii Florensis salutem, et Apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes Apostolica piis votis et honestis petentium praecibus favorem benevolum impartiri. Significastis si quidem nobis, quod charissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum Imperator semper augustus, Hyerusalem, et Siciliae Rex Illustris antequam recepisset ab Apostolica Sede Imperii Diadema, ex speciali quadam devotione, quam ad Monasterium vestrum habebat, quasdam vobis libertates, et immunitates indulxit, et alia quaedam pia, et provida liberalitate donavit, quae postmodum etiam confirmavit, et quaedam adiiecit ad imperialis culminis apicem sublimatus, sicut in eius Privilegiis inde confectis latius continetur. Nos igitur vestris devotis precibus inclinati libertates, et immunitates ipsas, et caetera, quae per eadem vobis privilegia sunt concessa vobis, et per vos Monasterio autoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem evidentiam tenores privilegiorum, eo quorum primum aurea Bulla, duo vero reliqua sigillis cereis sunt munita, praesentibus de verbo ad verbum fecimus annotari, qui tales sunt VB. In nomine Sanctae, et individuae Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum Rex semper augustus et Rex Siciliae. Illis potissimum votis et petitionibus amat dignitas realis annuere, quae cum temporalis laude iustiae fructum multiplicat retributionis aeternae. Quod geminum gloriae decus in uno simul assequimur, si aliquo praecipue pietatis opere. Progenitorum nostrorum studiis in haeremus sane cum Monasterium Floris in Sila Calabriae, a divis quondam parentibus nostris plantatum decenter, latitudine praediorum, ac utilitate libertatum, et usum perpetuitate rigatum, Deo dante, piis actibus incrementum Sacrae Religionis odorem, et propaginis ubertatem ad salutem suorum ediderit fundatorum. Nos qui paterna gloriae, Deo cooperante, successimus erga tantae

pietatis opus paternum iure propositum, devotionisque studiam imitatur, et plantationem, quam dictorum tam Illustrium augotorum religiosa pietas propagavit, tertis nostrae confirmationis agglutinata soliditas nullo unquam tempore dissolvatur. Hinc est quod ad preces Matthei Venerabilis Abbatis et Conventus Monasterii Sancti Iohannis de Flore nostrorum fidelium eidem Monasterio, quod ab annis teneris imitatione paterna, velut Haereditaria pietatis successione, in nostra speciali protectione, et defensione suscepimus, et tenemus, donamus, concedimus, et confirmamus omnes possessiones, donationes, et libertates, ac confirmationes, quas altenus a divis Parentibus nostris obtinuit, vel a nobis.

“Firmiter sancientes, ut ei generalis revocatio, quam de qui  
“busdam praeteritis concessionibus nostris in Regno dudum-  
“fieri iussimus non obsistat, ad cuius evidentiam gratiae de  
singulis possessionibus, donationibus libertatibus, et confirmationibus eidem indultis haec inter caetera nominatiam duximus exprimenda. In p.s locum ipsum, qui nunc Flos, olim vero dictus Faracrous, in quo post combustionis infortunium Florene Monasterium non sine Apostolicae concessionis auctoritate mutatum est, cum terris laboratoriis, et incultis, aquis quoque, et silvis, planitiis, et Montaneis adiacentibus eidem monasterio a vado fliminis Neti, quod est subptus Castellum de Selavis, sicut vadit via ipsa versus meridiem per petram Caroli magni, et per serraricum usque ad vadum Sabuti, et ab ipso vado versus ortum ipsius fluminis, usque ad Alveum Ampulini, et descendit idem fluvius usque ad eum locum ubi miscetur flumini Neto, et ascendit terminus per alveum eiusdem fluminis Neti, et vadit per Portium, quae vi [...] manet in Consinio a parte Aqui Loris, usque ad locum qui dicitur Frassinitus, et exinde revestitur terminus ad alveum fluminis Neti, et ascendit idem alveus, usque ad vadum, quod est suptus Castellum de Selavis, et concludit in priori fine. Et tenimentum Fluce situm in maritima Calabriae inter flumen Netum, et flumen Vitrabum, quod videlicet tenimentum ab Oriente, Septentrione, et Meridie fluminibus ipsis, quae coniunguntur ibidem, ab occidente cum via publica terminatur, cum Ecclesia, et Grancia ibi constitutis, et sedes prope Casale Terratae in quibus solent aves ipsius Monasterii Hiemare, et illas terrarum petias de scadentis quondam regiis, quae sita in Mandrarum exitibus, et vicinia Casalis ipsius et pro ovibus mandrarum eiusdem Monasterii floris pascua libera, et quieta in toto tenimento, quod Fluca nominatur, sicut reges Siciliae ibi consueverunt eis uti. Prohibentes, ut nemo super dictis sedibus, terris, et pascuis eidem Monasterio gravis, aut iniuriosus existat. Per totam quoque Calabriam libera pascua pro animalibus suis, absque herbatico, et glandatico, et libere, et sine ulla exectione, salem per omnes salinas, et venam ferri per omnes meneras Calabriae cavare, atque percipere. Et si infra tenimentum ipsius Florensis monasterii meneram ferri contingere inveniri, ipsa Menera tota quiete, et libere sit ipsius. Emere quoque et vendere absque omni exactione, et transire libere Terra Marique, indultis ei ubique per terras demanii nostri theleonatico, plateatico, et passagio, atque portulagio. Redditum etiam quinquaginta bisanctorum aureorum de salina Neti annis singulis percependiorum, circa Festum Sancti Iohannis Baptiste, vel in ipsa festivitate Graciam quam habet in Tenimento Gerentiae in loco quia dicitur albo prope Casale Berdò cum terris, vineis arboribus, aquis, et molendinis emptionis, seu oblationis titulo acquisitis. Inter quae sunt petiae vinearum, atque Terrarum ei venditae, vel oblatae a Baronibus, et Villanis, et id circo servitiis obbligatae, quae simul extimatae capere sementis salmas octo videntur, has a consuetis servitiis absolventes eidem Monasterio cum caeteris confirmamus. Terram quoque laboratorium de demano nostro ad duas salmatas prope ipsam Graciam. Et in eiusdem civitatis, et Caccuri tenimenti aedificare posse molendina, et Fullas, et aedificata libere possidere. In tenimento Cusentiae Graciam Canalis, et tenimento ac locum Bottuli cum Terris, et arboribus, emptionis, et oblationis titulo acquisitis, et absolutionem servitii illarum terrarum, et arborum in utroque loco, quae ab illis casalium hominibus eidem Monasteri sunt venditae, vel oblatae, qui licet Frangi nostri homines sint, in nostris tamen exercitibus servire tenentur. Et domos, et casalina, quae habent in eadem civitate, et clausam cum Terris, vineis, et arboribus in tenimento Gaurani oblatam ei a Leone Garippo cive Cusentiae fideli nostro. Clausam quoque, quam habet ex alia parte Cusentiae prope Casale Deodatum, cum vineis Terris, arboribus acquisitis oblationis iure, vel titulo emptionis. Insuper suffraganea monasteria sua, quae ab eo propagata vel ordinata sunt, vconfirmamus eidem cum omni iure quod habet in eis, et illa pariter tenimenta, quae in aliquibus subscriptarum

Diecesum, iuxta quod infra dicitur possidet. In tenimento flumini frigi monasterium Fontis Laureati cum Granciis, tenimentis et pertinentis suis. In tenimento Barbari Monasterium Aquaevivae cum Granciis tenimentes, et pertinentiis suis. In tenimento Sanctae Severinae Monasterium Calabromariae, quod contra Curacenses Abbatem, et monachos super possessionis, et proprietatis iure suam intentionem fundare legitime non valentes, Apostolicae mediante sententia sedis, obtinuit, et obtentum regulariter ordinavit. Unde nos eidem sententiae ad herentes, et quocumque concessionis seu confirmationis Privilegium hactenus inde Curacensi Monasterio fecisse visi sumus, irritum decernentes, donamus, et concedimus ipsi Monasterio Floris plene, et libere quidquid nobis in eodem Calabromariae Monasterio iure Patronatus, aut alis quocumque modo pertinuit, confirmamus igitur illud Flori cum Granciis, tenimentis, et pertinentiis suis. Et tenimentum Miliae, Vallum quoque Pollicronii, quae prope Netum sunt, partem, quam possidet oblatione Iohannis de Ladda Militis de Sancta Severina. Et tenimentum Rumbuli, quod prope Casale Terratae obtulit ei Formosa vidua filia quondam Roberti de Bisiniano. Illud etiam tenimentum, quod Laurentius Miles civis Sanctae Severinae obtulit ei in Feruluso. In tenimento quoque Gerentiae monasterium Cabriae cum Granciis, tenimentis et pertinentis suis. Et Ecclesiam Montis Marci cum suis pertinentiis. Et tenimentum, quod dicitur Fontanamurata sibi, et praedicto Monasterio Aquaevivae a Comite Stephano datum in insula Cutronensi. Et quas eidem Florensi monasterio idem comes in Terra sua perpetus libertates, utilitatesque concessit, videlicet libere vendere, et emere per totam Terram comitatus ipsius quandcumque voluerit, et quaecumque. Libera pascua per universis suis animalibus in planitiis et montaneis, et ingressum semper liberum, ac regressum prohibitione aliqua non obstante. Et in mari adiacenti habere libera vascella ad ferenda onera, et piscandum. In omnibus quoque flumariis ipsius Terrae molendina, et fullas libere facere, et habere, et ut homines comitatus ipsius res, quae non sunt de Feudo sine servitio vendere ipsi Monasterio, et donare valeant ac legare, et caetera quae in Instrumento, quod dictus comes ei fecit fieri, continentur. Et si qua ipsum monasterium, vel suas filias Abbacias, alia in futurum, largiente Domino, monasteria aedicare contigerit cum omnibus possessionibus, et locis suis, Fratres, homines, et Loca eorum sub nostra speciali protectione, et defensione suscipimus, confirmantes eis hactenus acquisita et in antea iusto titulo acquirenda. Concedimus quoque, et confirmamus eidem Florensi Monasterio omnes proprietates usum pascuorum, atque redditum, omnesque libertates, et immunitates, et exemptiones secularim ex actionum, sibi a divis Parentibus nostris, et a Nobis sive etiam a carissima consorte nostra C. illustri Regina, vel a comitibus, et Baronibus, aut aliis fidelibus nostris indultas, sicut in nostris, et eorum authenticis continentur. Libertates etiam, et immunitates eidem monasterio concessas a Romanis Pontificibus, sicut exprimitur per privilegia, et indulgentias eorundem, et quaecumque comuni iure, vel etiam speciali competere possunt ei. Insultum denique in ipsum Monasterium, Praelatos, Fratres, homines, res, et Loca eius temerarium penitus prohibentes, precipimus quatenus ex omnibus quae per privilegia Domini quondam Serenissimi Imperatoris Patris nostri, et Dominae Imperatricis matris nostrarae, et per nostra vel carissimae Consortis nostrarae privilegia ei concessa sunt, et quaecumque tam in stabilibus rebus, quam mobilibus possidet nulla tenuis praesumat violenter auferre, ablata retinere, aut in Terris, et possessionibus eiusdem Monasterii habitationem facere, aut chisinas, aut absque voluntate, et concessione Abbatis, et Conventus ipsius, hoc quandiu eis placuerit, audeat laborare, aut laborando animalium ipsius Monasterii pascua impedire. Ita tamen, ut si alicui, absque ipsius domus gravamine, concessum fuerit, de iure terrarum, in quibus operatus fuerit, Abbat, et Conventui respondeat absque dolo, secundum quod cum eis poterit convenire. Similiter et quicunque in eiusdem Monasterii tenimentiis, et possessionibus venantur, aut faciunt furnos picis, nulli hominum, nisi Abbat, et Fratribus eiusdem Monasterii respondere de parte vel recognitione, et prestatione solita teneantur, ita tamen, ut in tali Loco furnos picis facere, erigere fractas, Laqueos in capituram expandere, vel venationes, aut piscationes aliquas exercere praesumat, unde ipsius Monasterii Fratribus, aut rebus damnum, vel iniura, seu inquietudo preveniat, sed omnino absque licentia, et voluntate Abbatis, et Fratrum a nomine praesumatur aliquid praedictorum. Nullus autem Baiulus noster, aut Haeredum seu successorum nostrorum, nulla omnino persona ecclesiastica, vel secularis de tenimentis, et possessionibus eidem monasterio concessis audeat censum, ius terrarum, herbarium, glandaticum, vel quocumque redditus, aut tributi genus exigere, vel praesumat auferre,

sed ipsum Monasterium ab omni gravamine, et ab omni genere tallarium, et taxationum, et ab omni prorsus exactione, et servitio seculari passim, et ubique sit perpetuo absolutum, et quidquid habet, libere possideat, et quiete, ita ut nec respectu domorum, et possessionum, quas nunc habet, aut a modo habuerit in forteritiis civitatum Regni nostri et tenimentis earum, vel occasione utilitatum, quas pro tempore inde consequitur solvere aliquid in datis pubblicis, vel privatis, aut in costruendis muris, vel Turribus erigendis, seu faciendis fossatis, sive etiam in defensione aut custodia, vel nocturnis, et diurnis vigiliis civitatum aliquando dare aliquas operas, aut consilium teneantur sed omnino ab iis, et aliis gravaminibus universis sit, ut diximus, liberum, et exemptum. Nec ullum vigorem habeant literae, vel scripta aliqua contra huius nostri Privilegii aliquando impetrata, vel impetranda tenorem. Statuimus igitur, et praesentis privilegia auctoritate sancimus, ut de caetero quaecumque Persona Ecclesiastica, vel secularis, alta vel humilis hanc nostra concessionem, confirmationem, et exemptionem infringere vel violare praesumpserit, centum libras auri puri componat, medietatem nostrae Camerae, reliquam vera partem passis iniuram persolvendo. Ut autem haec omnia praescripta rata semper, et illibata permaneant presens Privilegium per manus Petri de Salerno notarii, et fidelis nostri inde scribi, et aurea bulla typatio nostrae Maiestatis impressa iussimus communiri. Anno, mense, et Indictione subscriptis. Datum in Castris apud Castrum S. Petri in Tenimento Bononiae anno dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo, mense Octobris, Indictione nona. Regni vero Domini nostri Friderici II. Dei gratia Illustrissimi Romanorum regis semper augusti, et Regis Siciliae, in Germania octavo, et in Regni Siciliae vigesimo tertio feliciter amen = Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum Rex semper augustus, et Rex Siciliae. Debitis caeterarum Ecclesiam Regni nostri beneficiis per gratiam piae devotionis, et innatae compassionis intendimus, sed Monasterium Floris, quod solum in Siciliae Regno Fundatum, Dominus Imperator Pater noster, et Domina Imperatrix mater nostra bonae memoriae dotare praediis, et privilegiis specialiter elegerunt, haereditaria pietate, velut quedam solvendi successione tueri, regere, et revelare debemus, et tantum ei gratiae, ac favoris impendere ut opus talium, et tantorum, Deo cooperante, nulli unquam valeat defectui, vel despectui subiacere. Accepit insuper huic rationi Matthei venerabilis Abbatis, et Conventus ipsius Sacrae Domus cum probata fide nota devotis, et grata servitia nostram sibi pleniorum, et abundatiorem gratiam effecerunt. Igitur, et debentes pro ratione, et pro devotione volentes, damus, concedimus, et confirmamus memorato Abbatii, et Fratribus ipsius Florensis Monasterii, ac eorum successoribus in perpetuum libere, et sine ullo servitio, ac in capite Feudum, quod in Gerenthia et Caccurio tenuit, et possedit quandam Rogerius Saracenus, de quo Rogerio, sicut dicitur in prima, et secunda descendientium, vel ascendentium linea non est haeres, non obstante si aliquis ex linea transversali sit haeres, quia et hoc ipsum ex certa scentia eidem Monasterio condonamus cum hominibus, domibus, terris, vineis, et cum omni iure, ac tenimentis, et pertinentiis suis, secundum quod idem Rogerius Sarracenus ipsa melius unquam tenuit, et possedit. Insuper plene, ac libere damus, concedimus et confirmamus eidem Monasterio Floris culturam Berani, quae in Tenimento [...] iuxta tenorem Privilegii a nostra ei dudum Maiestate indulti. Similiter omnes Possessiones, quas Gimundus filius Raonis Battala quondam habuit in Cusentia, et tenimentis civitatis eiusdem, qui Gimundus in eodem Monasterio recepit habitum monachalem. Quod quidem nos ratum habentes iuxta tenorem Privilegi [...] concessi perpetuo remisimus, et remittimus servitium servientes unius, quod exhinde nostrae Curiae debebantur, firmissime statuentes,  
“ut revocatis generalis de quibusdam praeteritis concessio-  
“nibus nostri in Regno iussa fieri, nec super dictae Cul-  
“turae, nec super ipsarum possessionum dono, et libertate  
“ipsi Monasterio noceat, sed earumdem rerum omnium tam dono, et possessione perpetus gaudeat, quam etiam libertate. Damus denique, et concedimus, ac confirmamus Monasterio memorato in perpetuum culturam Mandati, quae in Tenimento Garenthiae, prope flumen quod Lesa dicitur, iuxta viam quae in confinis Terrae filiorum Iohannis Stefaniti ab eadem, civitate descendit. Similiter statuentes, ut eam perpetus iuxta tenorem praeteritae concessionis nostrae cum universis assignates sibi tenimentis libere possideat, et quieta. Mandamus igitur auctoritate praesentis Privilegii firmiter statuentes, ut nulla omnino persona alta, vel humilis Ecclesia, vel secularis contra hanc tenimenti concessionem, confirmationem, et exemptionem venire audeat, aut super praedictorum aliqua

sepedicorum Florene Monasterium molestare, aut impedire praesumat. Quidquid [...] quinquaginta librarum auri puri medietatem Camerae nostrae, reliquam vero partem passis in iuram persolvendo non obstantibus literis vel scriptes, aliquibus, aliquando contra praedictorum aliud a nostra Curia impetratis. Ad huius autem nostrae concessionis, confirmationis, et exemptionis memoriam, et robur perpetuo valitrum praesens privilegium per manus Petri de Salerno notarii, et fidelis nostri scribi, et Maiestatis nostrae sigillo iussimus communiri, anno, mense, et Indictione subscriptis. Datum in Castris apud Castrum Sancti Petri in Tenimento Bononiae, anno domenicae Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo, mense octobris, Indictione nona, Regni vero Domini nostri Frederici secundi Dei gratia Illustrissimi Romanorum Regis semper augusti, et Regis Siciliae, in Germania octavo, et in Regni Siciliae vigesimo tertio, feliciter amen = Fridericus dei gratia Romanorum Imperator semper augustus, et Rex Siciliae. Per hoc praesens scriptum natum facimus universis Fidelibus nostris tam praesentibus quam futuris, quod

“licet Monasterium Floris imitatione paterna, atque materna specialiter inter caeteras Regni nostri Ecclesias diligentes, a generalis revocationis editto in solemni Curia celebrata Capuae promulgato duximus per Maiestatis nostrae literas una cum propagatis ab eo Caenobiis excludingendum, tamen Frater Matthaeus Venerabilis Abbas, et Con-

ventus eiusdem Sacrae domus tam de suorum veritate privilegiorum, quam de nostra gratia praesumentes inter alios Legi revocationis obnoxios pro abundatiori cautela mandati, quod tunc similiter fecimus de Privilegiis resignandis, duo privilegia, unum bulla aurea, aliud sigillo cereo roborata, quae non eis earumque successoribus, et ipsi monasterio ante susceptionem Imperialis Coronae uno, et eodem tempore in Castris apud Castrum Sancti Petri in Tenimento Bononiae, tam de certa scientia, quam de speciali gratia ad devotos ipsorum preces indulsimus nostrae celsitudini praesentarunt, restituit, et confirmari sibi eadem flagitantes. Quorum precibus assensu gratissimo concurrentes de certa scientia, et eadem eis privilegia restituimus, et tam ipsa, quam omnia quae continentur in eis eidem Monasterio in perpetuum confirmamus, volentes, et precipientes, ut tam ipsi memorati Abbas, et Conventus, ac Successores eorum, quam idem Monasterium Floris nostris concessionibus, et libertatibus, ac confirmationibus, quas privilegia memorata declarant, perpetus pacifice gaudeant, et plenum confirmationis robur omnium eorum, quae continentur, in ipsis, debeant obtinere. In favorem in super Religionis ipsius pro salute, et gloria Fundatorum, ac honorem nostrae Gratiae paternum opus, et propositum imitantes adiicimus, ut quicumque infra septa, et Clausuras Florensis monasterii, et Ecclesiarum eius confugerit a violenta captione, et invasione temeraria sic securus Volentes pariter, et mandantes, ut nemo ibi audeat hominem capere sanguinem fundere, ignem apponere, furtum vel iniuram exercere. Concedimus denique, et perpetuo confirmamus Abbatii, et Conventui Floris, ac successoribus eorundem curiam, sive Forum, et emendationem de universis excessibus, qui infra fines Possessionis suaee de Sila indebite praesumuntur, praeter quam de homicidio, de mutilatione membra de sanguine, ac de eis quae crimen Lesae respiciunt Maiestatis, salvo mandato, et ordinatione nostra. Ad cuius restitutionis, et confirmationis, concessionis quoque nostrae memoriam, et robur perpetuo valitrum, praesens scriptum per manus Iohannis de Lauro notarii, et fidelis nostri scribi, et sigillo Maiestatis nostrae iussimus communiri. Anno, mense, et Indictione subscriptis. Datum in Civitate messanae Dominicae Incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo primo, mense Iuni, Indictionis nonae, Imperii Domini nostri Friderici Dei gratia Invictissimi Romanorum Imperatoris semper augusti, et Regis Siciliae anno primo, Regni vero Siciliae vigesimo quarto, feliciter amen = Ad haec, cum inspeximus privilegia supradicta non abolita, non cancellata, nec vituperata in aliqua parte sui praesentium autoritate statuimus, ut praesens ipsorum transcriptum vim, et auctoritatem habeat, quam privilegia praedicta habere noscuntur, et ei fides adhibeat, quae ipsis esset originalibus adhibenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit in cursurum. Datum Anagniae V. Calendas Februari, Pontificatus nostri anno sexto = Adest bulla plumbea pendens.

V

Roma, Laterano, febbraio 27, 1233

Dionisio Metropolitano di Santa Severina, concede a don Matteo abate di San Giovanni in Fiore e ai suoi frati una tenuta chiamata Castellaccio nel territorio di Santa Severina. Dionisio si riserba soltanto il censo di sei libre di cera da pagarsi alla sua Chiesa ogni anno prima o dopo la festa della natività di Maria Santissima. La concessione è confermata da papa Gregorio IX.

Orig.: MT, B.P., Fondo Venusio, vol. II, Fasc. 6, n.10, c. 197

Nell'anno 1219 del mese di Marzo della settima indizione Dionisio Metropolitano di S. Severina insieme col suo Capitolo attendendo all'onestà di Donno Matteo Abate di Fiore e de' suoi frati, alla devozione che verso di Lui e della sua Chiesa di S. Severina riesciva molto utile, ed in fine alla necessità del predicto Munistero di Fiore, quod in frigidis Sylae locis noscitur esse situm, ubi nec animalia, quorum velleribus Monachi vestiuntur, algoris rigiditate yemare sinuntur, nec legumina, cotidiana Monacorum cebaria, sufficienter fieri possunt, proposuimus de amplis possessionibus ecclesiae nostrae subvenire tibi et Monasterio [...] in aliquo tenimento, ubi eiusdem monasterii predicta et necessaria quaeque valeant exerceri; per ciò concedé al dicto Abate, e i suoi successori, ed al Munistero in perpetuo tutto il tenimento chiamato Castellaccio sito e posto nel territorio di S. Severina vicino Carabà cum iure et usu sedis unius mandrae et pascuis suis tam intra ipsius tenimenti fines quo extra, quod licet aliquando fuerit in demanio ecclesiae nostrae, tamen nostris praedecessoribus multoties per plures personas mutatum et locatum fuerit in prebendam. Si riserbò soltanto il censo di sei libre di cera da pagarsi alla Sua Chiesa in ciascun anno nella festa o prima della festa della natività di Maria Santissima. Questa tal concessione fu confermata da Gregorio Papa IX con suo breve dato in Laterano III Kalendis Martii pontificatus nostri anno septimo (cioè a 27 di Febbraio 1233). Per questo territorio di Castellaccio il Munistero nell'anno 1223, ebbe un litigio con Simone di Policastro deciso da' Giustizieri della Terra Giordana. (Questa concessione originale, che poi fu inserita nel Breve di Papa Gregorio IX è nel fascicolo n. 7 in buona parte consumata dal tempo, si vede però e si legge quanto basta e che L'Arcivescovo Dionisio, e il suo Capitolo firmano con caratteri greci è detto sentia in Latino dal solo Vescovo di Gerentia).

VI

Perugia, dicembre 7, 1234

Gregorio IX, concede a tutti gli abati florensi di poter tenere un maestro di grammatica e di teologia secondo le disposizioni del Capitolo Generale.

Orig.: MT, B.P., Fondo Venusio, vol. III, Fasc. 3, n. 13, c. 112

Papa Gregorio nono con breve apostolico Datum Perusii VII. Idus Decembris, Pontificatus nostri anno octavo. Diede ai florensi il permesso, giusto a ciò che aveano stabilito nel Capitolo generale di poter studiare grammatica, e teologia, e dis[.]e Nos tanto defectui, quantum cum Deo possimus obviare volentes, et honestos, ac idoneos ad doctrinam Spiritus excitare, tibi fili Abbas, et successoribus tuis, ac omnibus Florensis ordinis abbatibus indulgemus, ut unicuique in suo Caenobio per literatum aliquem, et honestum, et si potest fieri regularem, dociles, et ad id aptos monacos in grammatica, et Theologica facultate liceat erudire iuxta provisionem Capituli generalis. In virtute obedientiae caeteris, qui ad hoc, sicut dictum est, non fuerint segregati, firmiter iniungentes, ut propriae vocationis humilitate contenti, ac superioris imperio humiliter subditi, scientias supradictos in ordinate non am[.]iant, ne per doceptae mentis superbiam, iudicium primae transgressionis incurant. Nulli ergo omnino Hominum liceat per Diretto = Dilecto filio Abatti Florensis monasterii.

L'originale di questo Breve [.....], che è nel fasc. 11 num. 21.

## VII

Anagni, agosto 4, 1303

Bonifacio VIII, considerato che in cielo ognuno mieterà quanto ha seminato in terra, chiede ai fedeli delle città di Cosenza e di Santa Severina di contribuire alla riedificazione della chiesa di San Giovanni in Fiore, andata distrutta in seguito ad un incendio. In tal modo, i fedeli si garantiranno la felicità eterna. Il pontefice concede cento giorni d'indulgenza a tutti coloro che avessero contribuito allo scopo.

Orig.: MT, B.P., Fondo Venusio, vol. II, Fasc. 5, n. 17, c.163-164r

